



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Variorum In Europa Itinerum Deliciae**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Weimariae.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

*Meccenas studiis & eruditis  
Linguis fautor erat, scholis patronus,  
Natura ingeniosus, arte doctus,  
Orator bonus, aptus & trilinguis,  
Prudens, sobrius atq; liberalis,  
Plures Herculeis ferens labores  
Dignus qui imperio fuisset orbis,  
Hunc patrem patriæ fatetur atas  
Præfens, posteritas fatebiturq;  
Wirtembergiæ domus decorum.*

## IN LAPIDE.

Sub hoc saxo requiescit Christophorus Dux Wirtembergæ & Teck, Comes Montis Peligardi. Obiit die xxviii. mensis Decembr. anno salutis M. D. Lxviii. ætatis veró suæ LIII.

Illustrissima Princeps & Domina D. Eva Christiana Wirtembergæ, Montisq; Peligardi Comitissa, Georgii ex Barbara Hassiæ Landgravina filia, sub hoc conditorio quiescit, animam veró Deo reddidit III. Kl. April. anno M. D. Lxxv. cum vixisset ann. xvi. mens. v. dies xv.



## WEIMARIAE.

## ELOGIUM JOHANNI FRID.

*Electori, ut ajunt, positum.*

Joannes Fridericus, Dei grátia electus martyr Jesu Christi: Dux afflictorum: Princeps confessorum fidei: Comes veritatis: Signifer sanctæ crucis: Exemplum patientiæ & constantiæ: hæres vitæ æternæ. Obdormiscens in Christo, migravit ex hac miserrima vita in cælestem patriam. Vinaris mense Martio. Anno

M. D. LIY.



## G O T H A E.

## I N C U R I A.

**W**der Bürgermeister schencket wein/  
 Die Fleischer mit im Rathe sein/  
 Vnd der Becker wigt das brot/  
 Dalcidet die Gemein grosse not.

## B R U N S V I G A E.

**H**ic sua Bernhardus Broitzenus consul in urna  
*Frigida post summum condidit ossa diem.*  
*Cui dum praconis dependet ab ore docentis,*  
*In templo hoc subito funere raptus obit.*  
*Mens recta superos adiit: sed tecta sepulcro*  
*In spe sanctorum membra soluta cubant.*  
 Mortuus est in templo.  
 An. 1561. 16. Novemb.



## O R T E N B U R G I C A.

## Æ T E R N O L U M I N U M P A T R I.

**C**um tuæ sint deliciae, qui trinus & unus es, vicariorum  
 operariorumq; tuorum castis piisq; cœtibus interes-  
 se: quæcunque Joachimus Comes Ortenburgius, S. S.  
 Evangelii tui conceperat semina; suæ quoq; à te deorum  
 Deo fideicommissorum animis inserturus, hocce tem-  
 plum à superstit. repurg. non tibi, quem neq; universi ca-  
 pit machina, sed Christi tui ante ann. c. l. d. l. x. l. l. l.  
 pro salut. mortalium immolati, precioso lustratis sangui-  
 ne, veritatis & virtutis ergo patefecit: decennioq; postquã  
 averruncari cœperat, multis interea & vitæ & fortun. cum  
 domi tum in exilio exantlatis pericl. in sinceræ relig. asce-  
 terion perpetuum, dum tu vetustę Comitum Ortenburg-  
 genti,